UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Iure Reipublice.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

excuſandis? Reſpon. quia in vrbe Romana erant multe perſone
priuilegiate que pretendebant immunitatem, ideo placuit princi
pi de hoc principalem legem concedere, vt magis timeatur, arg. l.
1 item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniurijs. † Not. hic
a tex. qui dicit viſus, quod ſi teſtis [a] dicat, vidi Titium equum vel
nauem habere. quod non eſt priuatiuum, cum hoc videri poſſit.
Contrarium videbatur, quia dominium non poteſt videri. ideo
ſi teſtis dicat, vidi Titium dominum eſſe non probaret, cum do-
minium non cadat in ſenſu, vt not. Innoc. in c. cum cauſam. de te-
ſti. Uel dic quod hoc non refertur ad dominium, ſed ad detẽtio-
nem, ꝛ quandoque ad ſolam detentionem refertur.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde quod dictum teſtis ſemper debet redigi ad
ſenſum congruum, licet incongrue ipſe dicat. vide Bal. in rub. C.
ſi ex fal. inſtr. Bar. in l. j. de pericu. nomina. Ang. in l. j. de preſcri.
xxx. annorum, ꝛ in l. j. §. j. de his que in teſt. delen. ꝛ Bart. in l. j. §.
hoc autem. de oper. no. nunc.

De frumento Alexandrino. Rub. XXVII.

LEX I.

IN eſtimatione. Primo confirmat ſa-
larium quod prefectus
Orietis ſtatuerat quibuſdam officialibus poſitis ad
congregandum frumentum ad ciuitatem Alexandri-
nam ꝛ ad tuendam ſubſtantiam nauicnlariorum, que erat obno-
xia reipublice, vt C. de pred. ꝛ omnib. reb. nauicul. per totum. Se-
cũdo prohibet ad aliud officium vocari decuriones, ſed illos of-
ficiales precipit eligi prouiſione prefecti. Secunda incip. ibi, at-
que. In tex. ibi in eſtimatione, id eſt, ſecundum eſtimationem ſeu
quantitatem. cohibetur, id eſt, adiuuatur munere, id eſt, ſalari oẽi
ſtatuto ſecundum quantitatem frumenti, quod coadunabatur,
ꝛ vt in prin. dixi. No. pro ſtatutis que dicunt ſalarium alicui offi-
ciali ſtatui ſecundum quantitatem eorum que venire fecerunt in
communi. Ex ſecunda parte nota arg. pro ſtatutis que prohibẽt
nobiles aduocari, ꝛ ſimiles a quibuſdam officijs publicis.

LEX II.

DIurnos. Primo addit certam quãtitatem
frumenti pro quolibet die pro ali-
mentis Alexandrine ciuitatis. Secundo reuocat no-
men cuiuſdã officij. Tertio dicit habendas eſſe quaſ-
dam menſuras que vocantur teſſere, ꝛ eas iubet ſignari, et ſuo
nomine nuncupari. hoc dicit. Secunda incipit ibi, ꝛ periſcho.
Tertia ibi, ꝛ teſſere. In tex. ibi, alimonijs, id eſt, vt de publico vẽ-
datur quolibet die in ciuitate volentibus emere pro ſuis alimo-
nijs. Uel dic vt de publico detur pauperibus illius ciuitatis, vt
C. ti. iij. l. fi. In tex. ibi, deſignetur, id eſt, ſignum publicum eius im-
1 primatur. † Et ſic no. pro eo quod fit quotidie in ciuitatibus vbi
2 menſure ſignis publicis conſignantur. † Nota quod caſſato noĩe
caſſatur effectus, ꝛ ideo ſi per ſtatutum caſſantur nomina officia-
lium guerre, incõtinenti intelligũtur ipſi officiales caſſati. ꝙ no.

De Alexandriæ primatibus. Rub. XXVIII.

LEX VNICA.

COrporatos. Tria dicit. Primo decu-
rionibus Alexãdrinis cõ-
cedit immunitatẽ purgãdi fluminis Nili. Scdo pro
illo munere cõcedit poſſe aſſumi de munere vectiga
li ptinẽti ad ĩperiũ certã quãtitatẽ. Tertio iubet ꝙ
illud, ꝙ inde minuit ex vectigali nauiũ repleat. Scda incipit ibi, ꝛ
pro tenore. Tertia ibi, vt ex titu. in tex. ibi, proconio dare ꝑ pur
gando Nilo. querit gl. qui dicuntur corporati ciuitatis. Dic vt in
ea, ꝛ quidem exponunt, id eſt, decuriones, vt patet ex rubrica, que
dicit primatibus. Alij dicũt de quolibet ciue, qui oẽs ſunt prima-
tes, ſcilicet aliarum ciuitatum. Primam expoſitionẽ tenet Dy.
1 † Ex ſcda nota ꝙ melius eſt quem eſſe ciuem mediocrem vnius
nobilis ciuitatis ꝛ honorabilis, quã eſſe maiorẽ ciuẽ vnius me-
2 diocris ciuitatis. Et † ſic facit ꝑ popularibꝰ iſtiꝰ nobilis ciuita-
tis, qui magis debeãt honorari quã alij magni alterius ciuitatis.

ADDITIO.

¶ Et nota bene, ꝛ ſequitur Lud. in l. ſi vero. §. de viro. ſolu. mat.
in xj. fallen. prime partis licet glo. in l. j. C. de colo. pale. dicat ꝙ na-
tus in terra in qua Chriſtus eſt natus, expreſſe non gaudeat pri-
uilegio potiori. Alexan. Quero quid profuit huic ciuitati, ſi prin
ceps promiſit ꝙ de nouo vectigali tollatur, ſi de alio debet reddi.
Reſpondeo, multum, quia illud vectigal erat magnum, ꝛ ſemper
ibi reperiebatur pecunia, vnde poſſet aſſumi tempore debito, ſed
aliud erat vectigal paruum. Conſequitur ergo Reſpõ. quoddam
mutuum reddendum de pecunia habita ex alio vectigali. facit ff.
de ver. obl. l. ſi penam, ꝛ de le. j. l. ſi ſeruus legatus. §. fi.

De iure Reipublicæ. Rub. XXIX.

¶ Querit gloſ. rubri. de qua republica loquatur hic. ¶ Rñdeo
1 de repub. aliarum ciuitatum quã ciuitatis rome. † Quero etiam
quo modo accipiatur reſpu. Gl. ponit in corpore de heredibus ꝛ
fal. in prin. dixi. C. de iur. fiſ. ſuper rubrica circa fi. Gloſſ. dt ꝙ ſunt
quedam ciuitates in Lõbardia, que habent merum ꝛ miſtũ im-
perium ex conſtitutione Federici, de pace Cõſtan, de qua in cor-
pore in authen. de defen. ciui. §. iuſiurandum. in fi. magne gloſſe.

LEX I.

1 ☞ Snĩa data cõtra ciuitatem quãdo teneat, ꝛ ſic contra remp.
2 Ciuitas quomodo conueniri debeat.

SI quid aduerſus. Op. ff. ꝙ cu-
iuſqꝫ vniuer.
1 l. j. §. quibꝰ, ꝛ l. ciuitates. † Huiꝰ timore gl. diſtin-
guit tres cauſas. Qñqꝫ cõtra ciuitatẽ ĩdefenſam
peruenitur ad diffinitiuã, ꝛ tũc eſt ipſo iure nul-
la, vt hic ſicut in minore, vt cũ ꝛ minores. C. ſi ad-
uer. rem iud. ¶ Quandoqꝫ peruenitur ad interlocutoriam, ꝛ tũc
valet, vt in contrario. Aduertẽdum tñ eſt, qꝛ. j. eo. l. Rempublicã,
dicitur ꝙ equiparatur pupillo. Differt tamen in hoc, qꝛ licet cõ-
tra pupillũ nõ perueniatur ad fin decretũ, vt l. apud Iulia. ff. ex
qui. cau. in poſ. ea. tamen contra ciuitatẽ poterit interponi, iõ qꝛ
pupillꝰ ſperat fieri maior, ſꝫ ciuitas nunq̃, arg. l. iiij. §. fi. de tute. et
ra. diſt. de quo per gl. in l. j. §. quibus. ff. quod cuiuſqꝫ vni no. Qñ
a reſpublica plene defenditur, ꝛ tunc valet ſententia ſed reſtituit [a]
ſi eſt leſa, vt j. eo. l. Rempublicam, ꝛ de officio eius qui vicem alte-
2 rius gerit. l. j. † Sꝫ extra gl. quero quando quis vult citare rem-
b publicam, an ſufficiat citare ſyndicũ. [b] videt ꝙ ſic, vt l. aut qui ali-
ter. §. j. ff. ꝙ vi aut clã. cõtrariũ no. ꝛ bñ in l. non põt dolo carere. ff.
de re. iur. ꝙ intellige verũ, ſi ſyndicus citatus nõ cõparuerit, eius
enĩ cõtumacia nõ nocet reipublice, vt ibi dicitur. ſed ſi cõparue-
rit ꝛ litigauerit, valet ſnĩa, vt C. dictũ eſt. ꝛ ff. ꝙ cuiuſqꝫ vni. not. per
3 totum illum titu. ¶ † Querit ergo qualiter citabitur ciuitas, vel
reſpublica. reſpon. citando eos, qui regunt ciuitatem, vt ff. de con
di. ꝛ demonſt. l. municipibus. ꝛ no. plene extra de cõceſ. pben. c. fi.
lib. vj. Et pdicta intelligo vera in prima citatiõe veniẽdi ad cãm.
poſtq̃ vero ab initio ciuitas miſit ſyndicũ, videt velle p illũ, non
pſe, in iudicio, litigare, vt l. j. §. vſus. ff. de pcu. ideo ipſa nõ eſt am-
plius citãda, ſed ipſe ſyndicꝰ. Pro quo facit extra de dolo ꝛ ɔtu.
4 c. cauſam que. ꝛ ibi no. p gl. que incipit, no. ꝙ citãdus, ꝛc. ¶ † No.
qꝺ ſicut quando agit contra pupillum, põt petere creditor vt cõ-
ſtituatur tutor, vt l. iij. §. fi. ff. qui pe. tu. ita quando agitur contra
ciuitatem, põt petere actor vt conſtituatur ſyndicus, vt hic, ꝛ im
d putabitur actori ſi non petierit. quod not. [d]

ADDITIONES.

a ¶ Reſtituitur. adde Bu. in c. j. de reſt. in integ. ꝛ Spec. de le. §. vj.
verſi. x. ad fin.
b ¶ An ſufficiat citare ſyndicũ. Adde iſtũ in l. municipibus. de cõ-
di. ꝛ demon. ꝛ in l. fi. ff. ꝙ cuiuſqꝫ vni. Bal. in auth. ſed cum teſta-
tor. C. ad leg. fal. ꝛ in c. j. ver. an vniuerſitas. in tit. de mil. vaſal. qui
contumax eſt. in vſi. feu.
c ALEX. ¶ Adde que habent in l. eũ qui edes. ſ. de pcu. ꝛ Ang.
de auth. de exhib. reis. in §. j. Alex. Nã dicit ꝙ debet citari dñs in
prima citatione, nõ procurator, vt ff. ſi quis ius di. non obtẽ. l. j. §.
ſi pcurator. Bar. in l. non põt quis dolo carere. ff. de reg. iu. gl. in
c. bone memorie. de elec. Et qd in collegio ꝛ vniuerſitate. dt Bal.
in c. j. de mil. vaſal. vbi dicitur, ſufficere citare maiorẽ de vniuerſi
tate. ꝛ idẽ Arc. xliiij. d. c. comeſſationes. Ro. in litera, e. no. xxxviij.
d ALEX. ¶ Adde. l. iiij. §. ſi ſub cõditione. ver. creditoribus. de fi-
deicõmiſ. lib. ꝛ per Ja. de are. ꝛ Bart. ¶ Sed quid ſi petitũ eſt vt
ciuitas conſtitueret defenſorẽ, ꝛ nõ cõſtitutus eſt? Reſpondeo, ꝙ
tenet iudiciũ. Et eſt ratio, qꝛ niſi hoc diceremus, eſſet in poteſtate
ciuitatis an deberet, qꝛ nunquã cõſtituerat ſyndicũ vel procura-
torẽ, ꝙ eſſet abſurdum, vt ſit in poteſtate debitoris an debeat, vt
l. j. ff. de eo ꝙ cer. loco. ꝛ probatur hic a cõtrario ſenſu. ꝛ ideo ſi a-
gens contra ciuitatem petiit defenſorẽ ſibi cõſtitui, ꝛ nõ fuit con
ſtitutus, non curet, ſed agat ꝛ faciat ferri ſentẽtiam, ꝛ valebit. Sꝫ
ſi dicat quare nõ eſt idem in minore, ſed eſt neceſſe ꝙ conſtituatur
defenſor. Dic qꝛ eo inuito poteſt defenſor conſtitui. l. qui hꝫ. ff. de
tute. ſed nõ ciuitate inuita. qꝺ eſt valde no. Bar. Uide Ja. de are.
ꝛ Bal. in l. ergo. §. creditoribus, de fideicommiſ. liber. vbi dicitur
quod vniuerſitas poteſt cogi vt conſtituat procuratorẽ, ꝛ Bar.
in l. ſolent. de ali. ꝛ cib. leg.

LEX II.

AN reſpublica. Reſpublica nõ hꝫ hypothe-
cã tacitã, niſi ex ſpãli puileg o
vel pacto. h. d. ¶ Opp. ff. de priuile. cred. l. in bonis. §. reſpublica.
Sol. gl. duob. modis. ¶ Primo ibi loquit in priuilegio circa pe-

ſonalem actionem. ¶ Secundo ibi loquitur in Repub. Roma-
norum, hic alterius ciuitatis. Iſta eſt vera, ⁊ probatur ff. ad mu-
ni. l. fin.

ADDITIO.

ANG. ¶ Adde gl. ⁊ Bar. in l. ij. §. in quib. cau. pign. taci. con-
1 traha. ⁊ late per gl. ⁊ Bar. in l. ij. §. de priui. fiſ. Alexã. † Not. quod
licet fiſcus habeat priuilegium tacite hypothece, vt in toto tit. de
priu. fiſ. ⁊ de con. ſi. debi. l. ij. cum ſi. tamen ciuitas nunquam habet
priuilegium in perſonali alijs creditoribus chirographarijs exi-
ſtentibus, vt in d. l. in bonis. fallit in ciuitate Romana, vt i. ⁊c.

LEX III.

☞ Reſpublica quibus gaudeat priuilegijs.

1 REmpublicam. † No. quod Reſpubli-
ca habetur loco pupil-
2 li, non adulti. ¶ † Querit gl. de qua Repu. loquitur.
a Et dicit gl. quod de qualibet ciuitate. [a] quod mihi pla
cet, tenet Pet. contra vt recitat Cyn. in l. j. §. ex qui. cau. ma. Rñ.
quia edictum pretoris ſubuenit omnibus qui propter etatem vel
aliam cauſam legitimam ſe tueri non poſſunt. ſed neceſſe eſt quod
regantur per alios. lex enim ſubuenit abſentibus, furioſis, ⁊ ſi-
mili. vt ff. de mi. l. j. ⁊ ex qui. cau. ma. l. j. ⁊ ideo ponitur ibi illa clau-
ſula generalis, ſi qua mihi iuſta cauſa, ⁊c. Facit l. Marcellus. ff.
3 de fideiuſ. ſed Reſpublica regitur per alios, ⁊c. ¶ † Querit glo.
vſque ad quod tẽpus reſtituatur Reſpub. ⁊ videtur tenere quod
vſque ad quatuor annos. Non enim in ea poteſt expectari tẽpus
maioris etatis, quod eſt hodie expreſſum extra de in inte. reſt. c. j.
4 lib. vj. † No. quod in quibuſdam Reſpublica non habetur loco
pupilli primo in manumiſſione ſeruorum, qui non poſſunt, manu-
mitti a minore xx. ann. ſed a repub. ſic §. de ſeru. reipu. per totum,
⁊ ff. de ſer. ad ci. perti. l. j. Item etiam quo ad ſecundum decretum,
vt dixi in l. j. §. eo. Item quo ad venditionem immobilium poteſt
etiam ciuitas vendere ſi debitum ſubſit, vt i. titu. ij. l. ſi.

ADDITIO.

a ¶ Ciuitate. Adde Bal. in l. iij. C. ad Trebell. ⁊ in l. quanquam.
in ſi. C. de ſenten. que ſine cert. quanti. profe.

LEX IIII.

SI ſecundum. Quod ciuitas facit per
ſua ſtatuta nõ reuocatur
per preſidem. h. d. Duobus modis legitur. Primo
quod dicatur ſecundum lectu. id eſt, per priuilegium,
a ⁊ non eſt dubium. [a] Secundo vt dicamus, ſecundum legem, id eſt,
5 ſecundum conſuetudinem vel ſtatutum. ⁊ iſta eſt bona † Ex qua
no. quod per ſtatutum poteſt ex cauſa auferri alicui dominium
rei ſue, vt l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia predio. Dixi in re-
petitione. l. omnes populi, facit quia ab eo quod cõtinetur in ſta-
tuto, non poteſt appellari. dixi in d. l. omnes populi, ⁊ ff. de appel.
re. l. fin. dixi in l. ſi qua. ff. de verbo. ſignifi. ⁊ tangit gl. ff. de origine
b iur. l. ij. §. deinde. [b]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Hoc verum dicit Bar. in ſtatuto generali, ſecus ſi
fieret ſtatutum contra aliquos, ſpecialiter, alle. l. nemo. §. de iudi. ⁊
doct. in l. ij. de epiſc. vide Bar. in proemio Digeſt. ⁊ in l. ſi. ſi cõtra
ius vel vtili. pub.
b ALEX. ¶ Uide per Bart. in l. quiſquis. §. quorum appella.
non recipi. ⁊ in l. iudicibus. de appellatio. ⁊ in l. j. §. ſimilique mo-
do. §. de Latin. liber. tollenda. Ang. in l. ij. quod quiſque iuris. per
Canoniſtas in c. cum omnes. de conſti.

De adminiſtratione rerum publi-
carum. Rub. XXX.

1 ¶ Not. ex ſi. gloſſe rubrice † quod priores per quos ciuitas re-
gitur, poſſunt eligere officiales, qui ciuitatem regant, ⁊ negotia
Reipublice adminiſtrent. Facit. l. ij. ff. ad muni. Tetigi in l. obſer-
uare. §. de decu.

LEX I.

FUndum. Cõductor expelli non debet a con-
ductione, donec vectigal ſoluit.
1 hoc dicit. † Not. iſtam. l. poſtquam ciuitas vendidit
fructus alicuius gabelle, nõ poteſt auferre ſi emptor
ſoluit pretium tempore ſtatuto. Pro quo caſus in l. quod ſemel.
ff. de decre. ab or. fa. Facit. l. Ceſar. ff. de publicanis.

LEX II.

COntra. Si officialis eſt negligens in exigendo
cautionem de legato vel fideicommiſſo
preſtando, tenetur ad intereſſe. hoc dicit.

De vendendis rebus ciuitatis. Rub. XXXI.

LEX I.

SI ſine. Uenditio pura ⁊ perfecta nõ debet
a Rep. reuocari, licet per aliũ maius
pretium offeratur. hoc dicit. In text. ibi propriam
legem, id eſt, proprium priuilegium vel ſtatutum.
ff. ad mun. l. libertas. §. ſi. Querit glo. que ſunt iſta
tempora adiectionibus inſtituta. Dic vt dixi in l. j. ⁊ l. ſi tempo-
1 ra, ⁊ l. facultas. §. de fide inſtru. ⁊ iu. ha fiſ. † Not. hic glo. quod fi-
ſcus habet hoc pluſquam ciuitas, quia emptor a ciuitate grauatur
tur pluſquam ille, qui emit a fiſco. Debet enim emptor ciuitatis
probare pecuniam in vtilitatem ciuitatis eſſe conuerſam, ſed in
emptore fiſci ſufficit ſola confeſſio, vt in glo. Idem tene. i. eo. l. ſi. in
ſi. Primum quod dicit quod emptor ciuitatis habet probare pe
cuniam conuerſam in vtilitatem ciuitatis, non videtur verum.
Nam authen. hoc ius porrectum. loquitur in creditore in quo eſt
ſpeciale, vt ibi per doc. ⁊ Cy. §. ſi adue. cre. l. j. ff. ſi cer. pe. l. ciuitas. ⁊
per Inn. extra. de dep. c. j. Item ſecundum quod dicit quod ſuffi-
cit confeſſio, videtur contra. l. ſi procurator. §. j. quod ibi no. ff. de
2 iure fiſ. ⁊ no. per doc. in l. inciuile. §. de rei ven. Dic † ergo quod
glo. intelligit confeſſionem, id eſt, apocham, in qua continebatur
eſſe ſolutum, vt §. de apo. publ. l. j. quaſi dicat, hoc ſufficit, nec eſt
neceſſe quod probetur eſſe verſum in vtilitatem fiſci. hoc tene
menti.

LEX. II.

a QUamuis. [a] Locatio perfecta non reuocatur,
licet alius maiorem penſionem of-
ferat. hoc dicit. ¶ Quero, vtrum quando ſit locatio re-
rum ciuitatis debeat precedere ſubhaſtatio. Dic vt in glo. quod
not. bene.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde quod ſi facta locatione ego offero tantum
quantum nouus conductor, an ſim preferendus? Dic quod ſic.
tex. eſt in l. pe. ⁊ ibi Bar. de locati. fun. ciuilium, alias fiſcalium.

LEX III.

1 ☞ Ciuitatis bona que ⁊ quando alienentur.

SI que. Hereditatis immobilia ciuitatis, ⁊ mo-
bilia que ſeruando ſeruari nõ poſſunt,
pro vtilitatibus ciuitatis permittuntur alienari au-
thoritate Principis in vtraque Roma, in alijs vrbi-
bus authoritate preſidis, ⁊ conſenſu cuiuſlibet poſſeſſoris. h. d.
Primo premittit alienationem. ¶ Secundo ponit modum alie-
nandi in vtraque Ro. ¶ Tertio ponit modum alienandi in pro-
uincijs. Secunda ibi, indefenſa. Tertia ibi, in prouincijs. Ex pri-
1 ma parte no. † quod res immobiles ciuitatis, ⁊ etiam annui red-
ditus, ⁊ etiam bona mobilia que ſeruando ſeruari non poſſunt,
debent alienari eadem ſolennitate, ⁊ quod dico de mobilibus col
lige ex eo quod dicitur mancipia. facit l. lex que tutores. de admi.
tu. Et ſic alia que ſeruando ſeruari non poſſunt, alienari poſſunt
ſine decreto ad ſimilitudinem tutorum, vt d. l. lex que tutores.
Querit gloſſ. ſi ciuitas egerit vt quis iuret de calumnia, dic vt in
2 eadem. † Nota ex ſecunda parte quod in vtraque Roma requi-
ritur authoritas imperialis in venditione. Et per hoc dico quod
in ciuitatibus que in temporalibus non cognoſcunt ſuperiorem,
vt eſt ciuitas Peruſina, ⁊ ſic populus eſt liber, vt not. in l. hoſtes.
ff. de capt. quod venditio rerum immobilium poſſit fieri authori-
tate eius conſilij, apud quod eſt omnis poteſtas. Illud enim vi-
cem Imperatoris gerit in ciuitate illa. Nota circa tertiã partem
quod illa ſolẽnitas habet locum tantum in ciuitatibus, que ſunt
a ſub aliquo preſide, non in ciuitatibus liberis, vt §. dixi. [a] ¶ Que-
rit gl. vtrum quilibet teneatur iurare, ⁊ ſcripturas tangere. Di-
cit gl. quod nõ, ſufficit enim quod ſacroſancte ſcripture ſint pro-
poſite, vt ad memoriam reducatur iuramentum quod ab initio
3 preſtant, fideliter conſulere. † Ex iſta gl. nota quod quis obliga-
tur ſi promittat, vel dicat aliquid ſub virtute iuramenti preſtiti
de preterito. contra hoc videtur tex. extra de iureiur. c. pen. Sed
dico quandoque iuramentum preſtitum comprehendebat illud,
de quo nunc agitur, ⁊ tunc loquitur iſta gl. ſed quando iuramen-
tum preſtitum interpoſitum fuit ſuper alio, ⁊ tunc non valeret ta
le dictum, promitto, vel dico ſub virtute preſtiti iuramẽti, vt d. c.
b pen. [b] Querit gl. hic, quid ſi hec ſolennitas fuit obſeruata, vtrum
habebit locum adiectio, de qua loquitur §. l. j. Et reſpõdeo, quod
nõ p illud qđ dr̃ i tex. ſtabiles. Querit gl. qđ ſi ſolẽnitas non fuit
4 obſeruata. Dic vt i gl. ¶ † Itẽ q̃ro an ciuitas poſſit ſolennitati
hui9 legis renũciare. Puto ꝙ nõ. Nã §. prime dixit, nõ aliter fie-
ri, ⁊ hic dr̃. Sʒ legib9 phibẽtib9 renũciari nõ põt, vt no. p gl. i l. j.
⁊ ij. §. ne fideiuſ. dotiũ dẽ. Itẽ legib9 dãtib9 ſolẽnitatẽ nõ põt re-
nũciari. l. nemo põt. ff. de le. j. verũtñ ſi eſſet talis ciuitas, que ha-
beret ius condendi ſtatuta, ſecũdũ ea que dixi in l. omnes populi
ff. de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN